
MERITA DANORUM IN LATINIS SCRIPTORIBUS EDENDIS…

Petrus Angelus Wedel



MERITA DANORUM
IN
LATINIS SCRIPTORIBUS
EDENDIS ATQVE ILLUSTRANDIS.

SPECIMEN INAUGURALE
QUOD
ANNUENTE AMPLISSIMO
PHILOSOPHORUM ORDINE
INTER
SOLENNIA PUBLICA
OB
NUPTIAS AUSPICATISSIMAS
PRINCIPIS SERENISSIMI REGNORUM HÆREDIS
FRIDERICI
ET
CELSISSIMÆ PRINCIPIS
MARIÆ SOPHIÆ FRIDERICÆ
PRO
SUMMIS IN PHILOSOPHIA HONORIBUS
PUBLICE TUEBITUR
PETRUS AUGUSTUS WEDEL
RESPONDENTE DOCTISSIMO
WALDEMARO PALLE WOLFF
THEOLOGIÆ CANDIDATO
IN CATH. INF. AUD SUP. DIE XXIV SEPT.
HORA X ANTEMERID.

HAVNIÆ 1790.
TYPIS CHRISTIANI FRIDERICI HOLMII.

Facultas Philosophica hoc specimen inaugurale admisit, quod publicæ disquisitioni subjici possit.

T. BUGGE,
Facult. Philosoph. Decanus

Generaliorem Litteraturæ Danicæ historiam nuper expofuit Clariffimus Wormius in Lexico fuo de doctis Danis, Norvegis & Jslandis; fpecialiorem vero illius partem, quæ verfatur circa horum merita in autoribus Latinis edendis atqve illuftrandis, nemo, quod mireris, a tempore *Alberti Thuræ* abhinc V luftra defuncti, tractandam fufcepit. Id cum reputarem, ac pariter ani-

madverterem, quantum apud exteros hæc historiæ litterariæ pars sit exculta, & quantum nonnulli ex viris doctrina insigni pollentibus desiderarint, ut aliquis popularium tale susciperet opus, mihi quoqve incessit cupiditas experiundi, quid minutæ meæ vires hoc respectu valerent. Ne tamen opera mea inanis perderetur, si proprio meo uterer consilio, haud alienum fore putavi, prius in consilium adhibere virum quendam æqve doctrina ac autoritate clarum, quam manus operi adeo late patenti, atqve tot cum difficultatibus conjuncto, admoverem. Talem igitur virum consultum adii, num hoc opus a me esset incipiendum; & tantum abfuit, ut ille dehortaretur, ut potius me ad illud aggrediendum adhortaretur, hæc tantum monens, me lente esse festina-

ſtinaturum. Prudenti tali conſilio inſtructus haud diu inane ſervavi otium, ſed ipſam rem capeſſivi, apud me conſtituens quam prolixiſſimum hocce meum reddere opus, quum campus, in quo excurrere poſſem, ſatis latus pateret. At hoc meum inſtitutum, quod mihi adeo firmum erat, circumſtantiæ quædam æqve inopinatæ ac improviſæ mutarunt; quum mihi data eſſet copia, in hiſce Academiæ noſtræ ſolemnibus, ſummis in Philoſophia potiundi honoribus. Aliquandiu, dum nimiis temporis anguſtiis premebar, equidem dubius hæſi, neſciens, utrum opus inceptum, cujus jam primas duxeram lineas, miſſum facerem, an potius certis quibusdam circumſcriptum terminis elaborarem. Hoc tamen eſſe ſatius tandem varia ſuaſerunt. Igitur primo meo

inſti-

instituto in commodius dilato tempus, supplementum quoddam *Thuræ* Conspectus elaborare coepi. Et tale illud est specimen, quod tibi hic B. L. ante oculos sistitur. In hoc, plurima ab *Alberto Thura* allata in usum meum converti, si, præter Manuscripta, nonnulla exceperis opera, quæ ego duplicem ob causam omisi, vel propterea quod hæc prouti longius petita parum latinis scriptoribus affundunt lucis, vel quod illorum autores utpote extraneos haud Danis esse adnumerandos putavi. Exterorum enim neminem inter Danos refero, nisi ab eo tempore, quo primum in Dania muneribus fungi coeperit. Hunc vero, si, munere deposito, e Dania migraverit, iterum Extraneis adscribo. Igitur Meursius hic locum haud obtinet, nam nil latinis

scrip-

ſcriptoribus illuſtrandis inſerviens exhibuit ab eo tempore, quo in Daniam arceſſitus eſt, usqve ad mortem. Neqve Heidmannum commemoro, qui in Daniam vocatus poſt ſemeſtre obiit ſpatium. Neqve Ravium Danis accenſeo ante ſuum in Daniam adventum. Eamqve ob cauſam multa ex illorum ſcriptis, quæ affert *Alb. Thurà*, a me ſilentio ſunt præterita. Holſatorum quoqve ſcripta, quorum nulla in medium profert *Alb. Thura*, intacta reliqui, ne, ſi non omnia commemorarem, quod brevitas temporis prohibuit, nimis mancum in hac parte foret hoc meum opuſculum. Quod ad illum attinet, quem *Thura* ſcriptoribus Latinis pro variis illorum ætatibus aſſignavit ordinem, pauca quædam mutavi, eundem, quem celeb. Fabricius in bibliotheca

ſua

ſua latina, aſſervans. Separato loco, quem Aſteriſcis notavi, Danicas verſiones, quas promiſcue poſuit *Thura*, collocavi. Multa porro ab hoc autore omiſſa adjeci, quibus, quantum fieri poterat, etiam adjunxi illas autorum éditiones, quæ vel in Dania factæ ſunt, vel curantibus Danis prodierunt, & deniqve illa ſcripta huc pertinentia, quæ in recentioribus noſtris temporibus, lucem publicam adſpexerunt. Hæc ſunt præcipua illa, quæ a me eſſe præmonenda duxi. Cæterum rogo, Benev. Lect. ut vitiis, quæ forſan in hoc meum opuſculum ob nimiam feſtinationem irrepere potuerint, benigne ignoſcas.

Ca-

Caput Primum

de

Scriptoribus Aureæ Ætatis.

M. ACCIUS PLAUTUS.

Censuræ ad *Plauti* Comoedias, inveniuntur in Analectis ad varios autores, quæ edidit JOH. ISACIUS PONTANUS, Historiographus Regni Daniæ, nec non Physices ac Matheseos Professor in Academia Hardervi-

A   censi

ciensi Geldriæ, Rostochii 1599 apud Christ. Reusnerum in 4to.

Eodem autore etiam habemus *M. A. Plauti* superstites comoedias XX, quæ prodiere Amstelodami 1620, & iterum, repræsentatæ ad doctorum virorum editiones, cum *Plauti* vita ex Petro Crinito & Lilio Gyraldo desumta, eodem loco 1650 in forma minori.

Comoedia *Plautina* 1ma Amphitryo appellata, in danicum sermonem conversa, ac usui theatri accommodata, prodibat Havniæ 1748 & sæpius in 8vo.

Plauti Comoediæ Aululariæ vocatæ Act. I. Scena 1ma & 2da danice expositæ ac illustratæ reperiuntur in libro Gallico, Cours de belles lettres par Batteux, danice reddito per JAN. HVASS, secretarium Colleg. Commerci, in parte 2da a p. 333-339. qui excusus est Havniæ 1773. in 8vo.

A

M.

M. PORCIUS CATO.

Marci Porcii Catonis Carmen de moribus latino-danicum edidit Anonymus, Havniæ 1626 impensis Salom. Sartorii, continens pag. 36. & 1691 typis & impensis Joh. Philippi Bockenhoffer, pag. 38 in 8vo.

Huc quoque referri possunt:

Disticha *Catonis* non Catonis ɔ. dissertatio, qua demonstratur, Disticha & præcepta moralia, quæ Catoni Ethico tanquam autori vulgo tribuuntur, nunquam ab eo esse profecta, autore JOH. NICOLAO BEEN, Mag. Philosophiæ, proposita ac defensa in Collegio Walkendorfiano, Respondente Ludovico Winslow, prodiit Havniæ 1702. pag. 4. in 4to.

P. TERENTIUS AFER.

Proscenium ɔ. Tractatio personarum comicarum, quarum in *Terentio* ita feruntur sermones, ut illarum distinctione, & actione, horum sententia aperiatur, instituta a Mag. CHRISTOPHORO JOHANNIS, rectore Scho-

in Herlovianæ, prodibat Havniæ 1667. apud Martinum Godiche, in 12mo.

P. Terentii Afri Comoediæ VI, cura doctorum virorum emendatæ, publici juris factæ sunt, Havniæ 1696. apud Joh. Just. Erytropilum, pag. 448. in 12mo.

Phraseologia Latino Danica ex *Terentii* Comoediis VI, prodibat fine nomine autoris, loco & anno. pag. 450. in 8vo

Id. liber etiam fine nomine autoris prodibat Havniæ 1616. Litteris Giodianis pag. 450. in 8vo.

Idem liber, cujus autor delitefcit fub litteris initialibus fui nominis S. P., editus eft ibidem, 1652 litteris Petri Hakii & impenfis Joachimi Moltkenii, pag. 466. in 8vo.

Idem liber, prodibat deniqve ibidem 1662, litteris Giodianis & impenfis Joach. Moltkenii, p. 450. in 8vo.

Terentii duo loca, fc. Act. 2. Sc. 2. verba „*Plurima falute Parmenonem fuum &c.* & Act. 4. Scen. 4. verba „*Hæc eft femax colore Muftellino* " illuftrantur in Pentade obfervationum philologicarum, quam in Call. Walk. exhibuit ac defendit NICOL.

STU-

STUBÆUS Resp. Joh. Lidovio. Havniæ 1709. pag. 6. in 4to.

Apologismum *Terentianum* duabus dissertationibus contentum edidit, JOH. PETRUS ANCHERSEN, eo tempore alumnus coll. Walk. postea vero Eloquentiæ professor in Academia Havniensi. Havniæ 1717. & 1720. pag. 42. in 4to.

Terentianæ comoediæ, quæ vocatur Andria, Act. 2. Scenam adam danice exposuit ALBERTUS THURA, pastor parochiæ Leirskov in Cimbria, quæ reperitur inter cogitationes illius metrico-Danicas publicatas, Hafniæ 1728. in 4to.

Comma *Terentianum* Hecyræ Act. 2. Sc. 1. „ omnes socrus oderunt nurus " in disputatione quadam illustrare conatus est Magnus Halling alumn. Coll. Walk. resp. PETRO HIELM. Havniæ 1732. pag. 14. in 4to.

P. *Terentii* Afri Comoediæ VI, secundum editionem Westerhovianam, cum notis veterum Scholiastarum item Westerhovii & alio-

rum selectis in usum scholarum, edita opera & studio GUDMUNDI MAGNÆI litterati, qui & multa de suo adjecit, cum indice verborum & phrasium, evulgatæ sunt Havniæ 1780. II Vol. cont. pag. 1797. in 8vo.

✦ ✦ ✦

Terentii comoediæ VI, danice redditæ ab anonymo, (cujus nomen est J. MENTZ RÖNNING, pastor paroch. Winger & Mitsehoug in Norvegia) prodiere Havniæ fine An. (1755.) pag. 344. in 8vo.

C. VALERIUS CATULLUS.

Nonnulla ad *Catullum* pertinentia afferuntur in libris II Observationum variarum, quos publicavit HENRIC. ERNSTIUS, eo tempore prof. Juris in Acad. Sorana, postea vero assessor summi tribunalis, Amstelodami 1636 & 1639. in 12mo. Hæc qvamvis leviora sunt, tamen ubi exstant, curiosioribus lectoribus exponam, qui illa reperient in libri 1 Cap. 6. pag. 32 &

33

33. In Cap. 30 pag. 84 & 85 & Cap. 15. p. 111. 112.

Seculare Carmen ad Dianam a *Catullo*, Carm. XXXIV, expositum reperitur inter Carmina Horatii secularia, quæ edidit JOH. PETR. ANCHERSEN. a p. 419-452, in ea dissertatione, quæ prodibat Havniæ 1756. in 4to.

Si cui libuerit inspicere Versionem Danicam Epigram. *Catulli III* liberalius metrice factam, evolvat scripti periodici Minervæ nomine insigni Vol. II, pro Ao. 1785. pag. 183.

CORNELIUS NEPOS.

Pomponii Attici vita, autore *Cornelio Nepote*, notis & animadversionibus HENRICI ERNSTII illustrata typis excusa est Havniæ 1629. apud Georgium Hanschium, impensis Joachimi Moltkenii, & continet pag. 154. in 16mo.

Idem liber, eodem autore, cum hac tituli mutatione. Speculum prudentiæ & virtutis civilis &c. Vita Pomponii Attici cum notis, chronologia, glossario & nomenclatore H. ERNSTII, adjectis Heidmanni notis, prodibat Amstelodami 1657. apud Joh. Jansonium pag. 79. in 16mo.

Miltiades *Cornelii Nepotis*, expositos a JOHANNE RAVIO, in Acad. Sorana prof. eloquentiæ, respondente T. Barnevitz, evulgatus est Soræ 1641 cum indice duplici. pag. 99. in 4to.

Annotationes in *Cornelium Nepotem a Bosio* factas, publicavit HENRICUS ERNSTIUS. Lipsiæ 1657. & 1662. ac Amstelodami 1658. in 8vo.

Ejusdem notis pariter ac Andreæ Bosii & Joh. Boecleri ornatus prodiit *Cornelius Nepos* Jenæ 1675. in 8vo.

Cornelii Nepotis vulgo Æmilii Probi, quæ extant opera, ad nuperam J. A. Bosii editionem diligenter repurgata, atque selectis-

 sima

ſime Boecleri indice aucta, publici juris facta ſunt Havniæ 1694. apud Joh. Juſt. Erytropilum, pag. 233. in 12mo.

Diſſertationem historico-philologicam, de Scytala, apud *Cornelium Nepotem* in Pauſaniæ Cap. III., conſcripſit atque in colleg. Mediceo defendit, PETRUS FRIDERICUS KRAGELUND, Reſp. Chriſtiano Laur. Longomontano. Havniæ 1697. pag. 15. in 4to.

Cornelius Nepos, ex recenſione JOACHIMI HEMMINGII Conrectoris Hamb., prelo ſubmiſſus eſt Havniæ 1697. in 8vo.

Windiciæ Loci *Corneliani*, de uſu ſcenæ apud Lacones, duabus diſſertationibus in Collegio Walkendorfiano habitis comprehenſæ, autore SEVERINO ANCHERSEN, poſtea Rect. ſcholæ Othin, & prof. Eloquentiæ, reſpondente Sever. Langerbach Leth, prodiere Havniæ 1720. p. 16. in 4to.

Phraſeologia Latino-Danica Cornelii Nepotis prodibat Havniæ 1729. apud Joh. Lorſium. p. 395. in 12mo.

In

In editione quadam recentiori *Cornelii Nepotis*, ab *Augustino von Staveren*, Leidæ 1734 in 8vo facta, præter aliorum, etiam HENRICI ERNSTII notæ reperiuntur.

Cornelius Nepos de excellentibus viris, notis perpetuis ad modum Joh. Minellii, & indice instructus a Mag. ANDREA STUBELIO, excusus est Havniæ 1741. pag. 398. in 12mo.

Cornelium Nepotem de vitis excellentium imperatorum, notis philologicis danicis illustratum, edidit FRID. CHRIST. SCHÖNAU, postea pastor parochiarum Cregome & Winderod in Siellandia, Havniæ 1752. pag. 344. in 8vo.

Verba *Cornelii Nepotis*, *Sæpe suis opibus inopiam Atheniensium &c.* in vita Attici Cap. 2. explicantur in programmate Scholastico a JOH. GOTTSCHALCH rectore scholæ Aalburg, edito Aalburgi 1770. pag. 8. in 4to.

Cor-

Cornelii Nepotis vitæ excellentium imperatorum, & alia quæ supersunt omnia, ad exemplar Keuchenianum, in usum scholarum, per BARTHOLDUM CHRIST. SANDVIG memb. & secretarium societ. Herald. & Geneal. prodiere Havniæ 1776. typis & impensis Viduæ A. H. Godiche, pag. 288 in 8vo.

Observationes criticæ & historicæ in *Cornel. Nepotem*, pro loco in facultate philosophica exhibitæ a JOH. HENRICO SCHLEGEL, Prof. Hist. & Geograph. in Acad. Havn. respondente M. Joh. Christ. Hansen, evulgatæ sunt Havniæ 1778. pag. 135. in 4to.



Cornelium Nepotem s. *Æmilium Probum* de vitis excellentium imperatorum, Danice redditum, publici juris fecit M. JOH. DABERG, lector Theologiæ Bergis Norvegorum. Havniæ 1669, 1670 & 1697. in 12mo.

Cornelius Nepos danice expositus & illustratus, una cum indice locupletissimo, opera & studio JANI NESTED, eo tempore scho-

le Callundanæ collegæ, postea vero past. Parochiarum Karise & Allerslov prodiit Havniæ 1716. & 1729. in 8vo.

M. TERENTIUS VARRO.

Varronem, nemo Danorum illustravit; tantum nova, apud Varronem libro V de lingua latina, lectio confirmatur, & Mureti Cap. IV. lib. 2. variante lectione augetur ab HENRICO ERNSTIO, in Observationibus ejus Philologicis, libro 2do a pag. 107-109.

M. T. CICERO.

Dialogus *Marci Tullii Ciceronis* de partitione oratoria, prodibat Havniæ 1564. apud Laurentium Benedicti, in 8vo.

Annotationes in *Ciceronis* librum de senectute, qui alias inscribitur Cato Major, ad T. Pomponium Atticum, ex prælectionibus Joh. Chytræi, opera JOH. AALBORG, bibliopolæ Havniensis, promulgatæ sunt Rostochii 1572. in 8vo.

Dif-

Differentiæ *Ciceronis*, a Grammatico quodam in Dania conscriptæ, editæ sunt per NICOL. KRAG, Historiographum & præpositum Academiæ Soranæ, Havniæ 1589. apud Laur. Benedictum. p. 116. in 8vo.

Oratio *Ciceronis* pro Aulo Licinio *) Archi-poeta, logice resoluta & proposita per JOH. ERASMI SKOMAGER, Profess. Physices in Academia Havniensi. prodiit Havniæ 1590. apud Laur. Benedictum. pag. 72. in 4to.

Ciceronis epistolæ selectæ e Joh. Sturmio, editæ sunt Havniæ 1626. in 8vo.

Disputationem quandam, super habitis in *Ciceronem* de optimo genere Oratorum prælectionibus publicis, edidit M. NICOL. AAGARDUS v. Agardus, professor eloquentiæ &

*) Ob hunc librum typis excusum, mulcta est imposita typographo, qui hanc ob causam lite autorem persequebatur. Postea vero, forsan propter verba quædam in exteros dariota, cautum est, ne hic liber divulgaretur. vid Wind. Acad. Havn. p. 151.

& bibliothecariis in Academia Sorana. Soræ 1647. pag. 16. in 4to.

Synopsis III librorum *M. T. Ciceronis* de officiis, XXX tabulis comprehensa, per M. CASP. HAMMERMYLLER, pastor. Slagloſiæ, publici juris facta eſt. Havniæ 1651. literis Martzanianis, in fol.

Epiſtolæ *Ciceronis* quam plurimæ in uſum juventutis, ut rationem conſcribendi epiſtolas exinde diſceret, per Anonymum editæ, prodierunt Havniæ 1654. pag. 199. in 8vo.

M. T. Ciceronis libri III de officiis, quibus acceſſerunt ejus Cato, ſ. Dialogus de ſenectute; Lælius ſ. de Amicitia, Paradoxa Stoicorum VI, Somnium Scipionis; & conſolatio, Ciceroni in quibusdam exemplaribus adſcripta, ſine nomine editoris prodierunt Havniæ 1679. ex Bibliopolio Paulino, pag. 348. in 12mo.

Ciceronis Epiſtolarum libri III ſeparatim a Joh. Sturmio editi, quibus additi ſunt

IV

IV & V; cum interpretatione verborum Græcorum, quæ in epistolis hisce inveniuntur, edente ELIA PILULAND, prelo submissi sunt Hafniæ 1679. pag. 140. in 8vo.

Disputationem in Lælium *Ciceronis* defendebat GEORG. ERASMUS JULII, in Coll. Walkendorfiano. Havniæ 1683. in 4to.

Specimen elegantiarum linguæ latinæ, e *Tullio* imprimis decerptum, a SEVERINO PETRI GLUD Rect. Scholæ Havnienf. & professore philos. designato, prodibat Havniæ 1703. in 8vo.

Verba *Ciceronis* in epistolar. ejus ad Atticum libro I. ep. 1. „*Eum libenter hac de re*" &c. & libro 4. ep. 5. *Scio te voluisse* &c. exponuntur, atqve nova lectione ornantur, in Pentade observationum philologic. a NIC. STUBÆO. Havniæ 1709. in 4to.

M. T. Ciceronis Cato Major v. de senectute, ad T. Pomponium Atticum, quem ex optimis recensionibus, in usum juventutis scholasticæ edidit, compendiarias variorum ac suas

notas

notas subjecit, nec non versionem danicam sub junxit LAURENTIUS SAHL, prof. Linguæ Græcæ in Acad. Havn. nec non conrector Scholæ lat. ibidem, publicam adspexit lucem Havniæ 1767. pag. 136. in 8vo.

Supplementum ad clavem Ernesti *Ciceronianam*, in Programmatibus Scholasticis contentum, evulgavit M. JACOBUS BADEN, eo tempore Scholæ Helsingoranæ Rector, nunc vero Profess. eloquentiæ in Acad. Havniensi. Helsingoræ 1770 & sequ.

M. Tullii Ciceronis Lælium s. de amicitia Dialogum inter Fannium, Scævolam, Lælium, ad T. P. Atticum, in usum scholarum, cum notis variorum ac suis, & versione danica, edidit L. SAHL p. l. g. Havniæ 1772 & 1774. in 8vo.

M. *T. Ciceronis* libros III de officiis, & de claris orationibus librum, qui Brutus dicitur, in usum scholarum edidit notisque Variorum ac suis ornavit, SEV. MONRAD, Professor extraordinarius, nec non scholæ Nidrosiensis

fienfis in Norvegia Rector. Havniæ 1777. p. 464. in 8vo.

Chreftomathiam ex tribus *Ciceronis* de officiis libris publicavit L. SAHL P. l. g. Havniæ 1777. p. 44. in 8vo.

Obfervationes ad Brutum *Ciceronis* publicas fecit S. MONRAD. Havniæ 1779. pag. 52. in 8vo.

De imitatione *Ciceronis*, idem quoqve programma fcholafticum confcripfit. Chriftianfandiæ. 1783. in 4to.

Animadverfionum in teftimonia *Ciceronis & Salluftii* de conjuratione Catilinaria, Specimina III edidit JACOB. GUDENRATH, eo tempore Alumn. Col. Medicei, nunc Secretarius acad. chirurgicæ. Havniæ 1781, 1782 & 1783. pag. 54. in 4to.

De eo, qvod interefl inter dicendi genus *Ciceronis* & Plinii Secundi, difputationem pro fummis in Philologia honoribus nuper edidit ERASMUS MÖLLER, Theol. & Philologiæ

 stud.

eiusd. nec non Vice-Decanus Communitatis Regiae. Havniae 1790. pag. 67. in 8vo.



Inter versiones operum *Ciceronianorum*, etiam una Graece facta numerari potest, scilicet:

Ciceronis liber IIdus de officiis, quem in Graecam linguam transtulit D. JOH. OLAUS SLANGENDORPH, Theologiae in Academ. Havn. Professor, & edidit Witebergae 1578. pag. 80; qui iterum recusus est Havniae 1688. in 8vo.

Danice, anonymus quidam exposuit quam plurimas *Ciceronis* epistolas, in usum juventutis, ut rationem conscribendi epistolas exinde disceret, atque publicavit, Havniae 1656. apud Georg. Lamprecht pag. 199. in 8vo.

M. T. Ciceronis oratio 1ma in L. S. Catilinam, daníce reddita, una cum introductione historica, per JOH. GEORG. GOTTSCHALCK, past. Othin. prodibat, Havniae 1769 pag. 38. in 8vo.

Libros

Libros *Ciceronis III* de officiis, in Danicam lingvam transtulit, & introductione ornatos edidit L. SAHL, Havniæ 1776. pag. 286; & 1789. pag. 308. in 8vo.

Ejusdem Brutum f. de claris oratoribus librum, idem etiam danice factum publicavit, Havniæ 1778. p. 163. in 8vo.

Somnium Scipionis e sermone Latino in Danicum traduxit JANUS SEIDELIN, Havniæ 1779. p. 48. in 8vo.

Q. SALLUSTIUS CRISPUS.

Sallustii sententiose dicta, una cum Livianis collegit & edidit NICOL. KRAGIUS. Havniæ 1582. apud Laur. Benedictum, pag. 160. in 12mo.

Sallustius ex recensione JOH. ISACII PONTANI, prodibat Amstelodami 1627 & 1649. apud Joh. Janson in 12mo.

Orationes ex *Sallustio*, collegit & edidit Anonymus, inter Conciones & orationes ex

latinis historicis excerptas, quæ prodiere Havniæ 1642 & 1678, ac Soræ 1654. in 8vo.

Disputationes II in Coll. Elersiano habitæ, de cura veritatis studio neglecta in *Sallustii* conjuratione Catilinaria, autorem habent SINNELIUM LANGE, postea Rect. Sch. Ripens. & publicam lucem viderunt Havniæ 1735 & 1736. in 4to. respondent. Nic. Schiött & Nic. Reich.

Sallustius Crispus s. bellum Catilinarium & Jugurtinum cum commentariis Joh. Minellii sine nomine editoris, prodiere Havniæ 1740. apud viduam Hieronymi Christ. Pauli pag. 362. & 1754. in 8vo.



In Danicam linguam translata est C. *Sallustii Crispi* historia de bello Catilinario & Jugurthino, per SAMUEL. JOH. WALLENBERG, æditum munimenti Christianſœ in mari Balthico, quæ lucem publicam vidit Havniæ 1702. p. 288. in 8vo.

Sal-

Salluftii bellum Catilinarium, ex Latino fermone in Danicum verfum per PHILALETHUM, i. PETRUM FRIDERICHUM SUHM, Clavigerum S. R. Majeftatis Danicæ, reperitur in Collectaneis Nidrofienfibus editis Nidrofiæ 1763. ab initio Volum. III. ad pag. 76. & in minoribus ejusdem fcriptis, quæ edi nuper curavit S. Paulfen in 8vo.

Tentamen verfionis Danicæ in *Salluftium*, continens narrationes Cæfaris & Catonis, publicum fecit GEORGIUS KIERULF. Havniæ 1788. p. 19. in 8vo. Quod etiam reperitur, in fcripto periodico Minerva vocato, pro menfib. Julij, Aug. & Sept. An. 1788. a pag. 1-18.

C. JULIUS CÆSAR.

Oratio de *Julio Cæfare*, an jufte fit interfectus, quam habuit NICOL. MARTINI, profeffor poftea Theologiæ in Acad. Havnienfi, prodibat Witteberge 1616.

Differtationem in C. *Julii Cæsaris* libros de bello civili concinnavit JOH. RAVIUS, quam, respondente Georgio Redz, exhibuit Soræ 1641. pag. 20. in 4to.

Disputationes III de *Julio Cæsare*, quas confecit ERASMUS ENEVOLDI BROCHMAN, Affessor summi tribunalis, prodiere Havniæ 1648, 1649 & 1654 in 4to.

Locum memorabilem *Julii Cæsaris* de Soldurriis, qui reperitur in ejusdem belli Germanici libro III. cap. 22. differtationibus XII habitis illustravit JOH. PETRUS ANCHERSEN, Havniæ 1734-1740. p. 346. in 4to. Hæ disputationes reperiuntur etiam in opusculis memorati Autoris, collectis a Gerhardo Oelrichs, quæ prodiere Bremæ 1775. in 4to.

T. LIVIUS.

Livii fenteoose dicta, una cum Sallustii, collecta publice exhibuit NIC. KRAGIUS, Havniæ apud Laurentium Benedicti 1582. p. 160. in 12mo.

Præ-

Prælectiones *Livianæ* (sc. in præfationem tantum) per JOH. RAVIUM, Resp. Mathia Palbizky, typis excusæ sunt Soræ 1641. pag. 24. in 4to.

Verba sequentia „ *Item æque difficilem atque incredibilem &c.* quæ reperiuntur in *Livii* hist. libro IV. Cap. XXXIV. illustravit atque emendavit NIC. STUBÆUS in Pentade observationum philologicarum, Havniæ 1709. in 4to.

De locis quibusdam *Livianis* prolusionem Examinis anniversarii Scholæ Roeskildensis conscripsit atque publicam fecit M. SEVERINUS SEVEL, Conrect. Scholæ ejusdem. Havniæ 1783. p. 8. in 4to.

Specimen Lectionum variantium Codicis Membranacei *Liviani* seculo XI. exarati, qui in bibliotheca Collegii Medicei asservatur, edidit JOACH. JUNGE. Havniæ 1783 & 1784. pag. 32. in 8vo.

P.

P. VIRGILIUS MARO.

Carmen cominens paraphrasin Epigrammatos, quod vulgo tribuunt *Virgilio*, de litera Pythagorica Y, publicavit PETR. JOH. ASMINDERODENSIS, Rector sch. Roeskild. Wittebergæ 1577. in 4to.

Tragoediæ Duæ, quarum 1ma Didonis, altera Turni, ex *Virgilii* Æneide transcriptæ, & Christiano IV, Regi Daniæ dicatæ, a JACOBO JACOBÆO VOLFIO, lucem publicam viderunt Hafniæ 1591. apud Mathiam Vinitorem. in 4to.

Homerum a *Marone* esse superatum, in specimine critico-philologico proposuit SEVERINUS GLUD Theologiæ Prof. designatus, nec non Pastor ac Præpositus Bergis Respondente Sixto Aspach; quod prodibat Havniæ 1691. pag. 18. in 4to.

Exercitationes III. in *Virgilium* edidit JANUS NICOL. MUNDELSTRUP Rect. scholæ Aarhusiensis.

Vir-

Virgilii opera Joh. Minellii notis instructa, evulgata sunt Havniæ 1698. in 12mo.

Dissertationem de inconvenientiis temporum Æneæ & Didonis in Coll Walkendorfiano habitam, respond. Jano Petri, publicam fecit JOH. HENRIC. ERMANDINGER. Havniæ 1706. pag. 4. in 4to.

Exercitationem quandam academicam in locum *Virgilii* Lib. XII. v. 412. & seqv. exhibuit in Collegio Mediceo THOMAS JACOBÆUS, Resp. Petro Nobel. Havn. 1706. pag. 12. in 4to.

Schediasma criticum, quo disquiritur, num *Virgilius* in Ecloga IV Bucolicorum, secundum Eusebii Pamphili sententiam, Christi Genetliacon dicat, in Col. Med. ventilandum proposuit ac edidit. CHRISTIANUS PETRI FIL. BALGUMENSIS, resp. Joh. Ad. Broerson, Hafniæ 1712. p. 18. in 4to.

Opera *Virgilii* cum notis Joh. Minellii prelo submissa sunt Havniæ 1732. & 1740. in 8vo.

Novam *Virgilii* Operum editionem debemus JACOBO BADEN, Prof. Eloqv., quâ hæc perpetua a Christ. Gottlieb Heyne annotatione illustrata, repetiit & in usum scholarum adornavit. Havniæ 1778 & 1780. Duo vol. quæ cont. pag. 1091. in 8vo.

Partem primam Bucolicorum *Virgilianorum*, quæ continet III. priores Eclogas, danice factam cum textu Romano collaterali & notis latinis edidit SVENO HVISTENDAHL WOLD. Havniæ 1781. pag. 31. in 8vo.

Parodiam in Eclogam VItam *Virgilii* concinnavit CHRIST. MÖINICHE Præfect. Diœcef. Nidrof. & publicavit Bergis Norvag. in 8vo.

Bucolica *Virgilii*, versione danica eademqve rhythmica, a PETRO JANI ROESKILDE, Past. ecclesiæ Sandholz in Fionia, donata publicam lucem adspexerunt Havniæ 1639 & 1680. in 8vo.

Geor-

Georgica *Virgilii* veste metrica Danica induebat CHRISTIANUS RAUN, f. latino nomine (ut tunc temporis in more fuit) Corvinus. Havniæ 1680. apud Conrad Hartvig Neuhoff. pag. 107. in 8vo.

Bucolica & Georgica *Virgilii* in Danicum sermonem ligatum reddidit PETRUS BAROUS*). Hafniæ 1680. in 8vo.

Comoediæ Bucolicæ Mantuanæ, f. Eclogæ *Virgilii* X. in vernaculam traductæ per ANDREAM PETRUM THRANE, prodiere Havniæ 1709. pag. 106. in 8vo.

Virgilii Opera omnia in prosam danicam vertere promisit FRID. CHRISTIAN. SCHÖNAU; Quorum, tamen tantum Pars 1ma continens Bucolica, apparuit, Havniæ 1753. pag. 464. in 8vo.

Eclo-

*) Nonnulli putant, quibus cum etiam facit Cla. Wormius in lexico suo de doct. viris, p. 1. pag 144. hujus libri autorem esse eundem cum Petro Roeskilde.

Ecloga Vta Bucolicorum *Virgilii*, Danice reddita, cum textu latino, reperitur in danica translatione libri Gallici „Cours de belles lettres par Batteux" per JAN. HVASS, procurata, in parte 1ma, a p. 394-403.

Qui Examen & expositionem Æneidos *Virgilianæ*, ac Comparationem inter Homerum & Virgilium desiderat, adeat ejusd. libri p. 1. a pag. 168-187.

Æneidum P. *Virgilii* Maronis librum 1mum, ligato sermone Danicum fecit, F. H. SEIDELIN, Pastor in Laalandia, qui prodibat Havniæ 1778. pag. 40. in 8vo.

Meliboeus f. Ecloga VII *Virgilii* Bucolicorum, rhytmice versa invenitur, in libro vocato „ Bibliotheca Danica " pro Ao. 1780. Vol. II. parte 6ta a pag. 117-121. in 8vo.

Q. HORATIUS FLACCUS.

Horatii Ars poetica, ad P. Rami Dialecticam resoluta, & Nicolao Kaas dicata, ab AN-

ANDREA KRAGIO Prof. Phyfices in Acad. Havn., prodibat Bafileæ 1583. apud Sebaft. Henric Petri. pag. 72. in 4to.

In Quæftionibus mifcellis philologicis & philofophicis, quas Ao. 1615. ventilandas propofuit ERASMUS BROCHMAN, Profeff. ac Doctor Theol. quoque exhibentur nonnulla, quæ ad Horatii expofitionem faciunt, fcilicet in Quæft. VII. exponitur dictum illud *Horatii* in Arte poetica Verfu 97. *Ampullas projecere &c.* & in Quæftione VIII, quid fibi velit vox *Rhamnes*, in Verfu Horatiano: „ *Celfi Prætereunt auftera Poemata Rhamnes.*"

Notæ breviffimæ, in Carmina *Horatiana*, exhibentur in variar. Obfervation. libr. II, quas edidit H. ERNSTIUS. Amftelodami 1636. a pag. 13-26.

Occafione libri II. Satyr VII. *Horatii* v. 4 & 5: „ *Ut vitale putes. Age libertate decembri &c.* Diatriben duplici differtatione inftitutam, edidit CHRIST. SEVERINI ÖRSTED,

STED, alumn. Coll. Walk. postea vero Pastor ecclesiæ S. Petri Slagiosianorum, quæ evulgata est, Havniæ 1721 & 1722, pag. 32. in 4to.

Horatius cum commentariis Joh. Minellii, prodibat Havniæ 1739. apud Viduam Jeronymi Christ. Pauli, pag. 564. in 8vo.

Pars VIta operum *Horatii*, „ Carmina secularia ad laudes Phoebi & Dianæ *) XIII dissertationibus proposita a JOH. PETRO ANCHERSEN, prodiere Havniæ 1749-1760. pag. 642. in 4to.

*) Pars VI operum *Horatii*, ipsi & Sidonio Apollinari, laudes Phœbi & Dianæ dicta, ex antiquissima recensione Sidonii, nunc primum edita, argumento & nova paraphrasi collustrata, eodem autore, publici juris facta est, Havniæ 1752. pag. 160. in 4to.

*) In hoc libro brevius contracta reperiuntur illa, quæ prolixius tractavit memaratus autor in XIII suis dissertationibus.

Ho-

Horatii Satyr. lib. 1. Satyran I, danica eademqve metrica versione donavit, Anonymus. Havniæ 1722. in 8vo.

Metrica Versio Satyræ III & IX libri 1mi Satyr. & epistola V. lib. 1. epist. *Horatii*, autore Anonymo, prodiere Havniæ 1722. in 8vo.

Versiones in *Horatii* Satyram 1mam libri I. plures sunt meditati, ob præmium ab ignoto quodam, in novis litterariis Wielandianis dicta, pro Ao. 1737. pag. 721, propositum. Inter eas duæ prodierunt Havniæ 1738, quarum una in 4to edita, Anonymum habet autorem, alia vero JACOBUM STEENSEN, Regi a Consiliis Justitiæ & Assess. summi tribunalis quæ allata reperitur in novis litterariis Wielandianis.

Primam Epistolam *Horatii*, danicis metris, edidit M. CHRIST. HENRICUS BIERING, Pastor Parochiæ Aastrup in Falstria, Havniæ 1757. pag. 32. in 8vo.

Notas Danicas in *Horatium*, confecit PHILALETHUS s: PETR. FRID. SUHM

Cl.

Cl. R. M. D. quæ reperiuntur in collectaneis Nidrosiensibus editis 1763. in Vol. III. parte 3, a pag. 163-200; & in ejus opusculis Havniæ a S. Paulsen editis.

Versionem Danicam metricam Epistolæ 2dæ libri 1mi Horatii, concinnavit CHRIST. HAMMER alumnus Classis supremæ in Scholà Christianensi, quæ edita est Havniæ 1765. in 4to.

Horatii Epodam II, in danicos versus libere translatam, invenies in Vol. IV. p. VII, a pag. 177-182. libri, qui vocatur danice, Forsøg i de skiønne og nyttige Videnskaber, editi Havniæ 1769. in 8vo.

Horatii lib. II. Oda 10, libere rhytmis danicis mandata, reperitur in ejusdem libri Vol. V. parte 9. a pag. 195-197. evulgata Havniæ 1771. in 8vo.

Si cui libuerit inspicere *Horatii* Odar. lib. I. Odas 22 & 24., libri II. Od. 3. & libri III. Od. 14. & 25. danice soluto sermone conversas, evolvat libri gallici Cours de

de belles lettres danice per JAN. HVASS translati Vol. III. pag. 56-79. quod editum est Havniae 1774.

In eodem Vol. ejusdem libri, a pag. 190-307, quoque reperies *Horatii* artem poëticam, danico fermone mandatam.

Omnes epistolas *Horatii*, metrice translatas, evulgavit CHRIST. HENRICUS BIERING. Havniae 1777. pag. 162. in 8vo.

Satyram 1mam libri 1mi, rhytmice convertit, atqve edidit JACOB. SCHIELDERUP, Past. paroch. Hoff in Norvegia. Christianiae 1777. in 8vo.

Horatium de arte poetica, ligato vernaculo fermone convertit L. SAHL, atqve introductione & notis instructum publicavit, Havniae 1778. pag. 64. in 8vo.

Horatii libri I. Oda 22, reperitur danico fermone, eoqve rhytmico conversa, per *Christ. Pram*, Secret. Coll. Com. in Vol. VII. parte 14. a pag. 187-188. libri vocati,

Forsøg i de skionne Videnskaber, publicati Havniæ 1783. in 8vo.

Metrica Translatio XII priorum Odarum *Horatii*, per Anonymum facta, prodibat Havniæ 1783. pag. 86. in 8vo.

Horatii Odar. libri 1mi Odæ V, danice redditæ per JOH. FRID. HOLST, Mag. Philologiæ nec non Conrect. sch. Nidrof. Programmatos loco prodiere Nidrosiæ 1785. p. 8. in 8vo.

Horatium de arte poëtica, Danicum fecit atque edidit LAURENTIUS SMITH, eo tempore Rect. scholæ Nidrosienf. nec non Professor Philosophiæ extraordinarius, nunc vero Comminister ecclesiæ Holmensis in Havnia, Nidrosiæ 1784. pag. 18. in 4to.

Cujus Partem, usque ad versum 24 cum explicatione Æsthetica, jam ante ediderat, in programmate schol. pro Ao. 1782. in 8vo.

Solutiorem *Horatii* de arte poëtica versionem, publice exhibuit SIGVARD. LYCHE. Havniæ 1784. pag. 79. in 8vo.

Præ-

Præter hæc allata, etiam multa *Horatii* carminum reperiuntur, fatis libere metro danico conversa, in scriptis Periodicis, Minerva, bibliotheca Danica, & aliis.

ALBIUS TIBULLUS.

Albii Tibulli Elegiarum libri I Elegia xma danicis rhytmis liberalius reddita reperitur in scripto periodico, quod Minerva vocatur, in Vol. IV. pro anno 1786, a pag. 792-797.

SEXTUS AUR. PROPERTIUS.

Selectiora *Sexti Aurelii Propertii* edidit Anonymus sub litteris J. C. R. in usum scholarum, Havniæ 1610. apud Henrich. Waldkirch. in 8vo.

P. OVIDIUS NASO.

Pontica *Ovidii* sententiosa, sine nomine autoris, impressa sunt Havniæ 1626 & 1629. in 8vo. quorum editio posterior cont, p. 32.

Similitudines *Ovidianæ* collectæ, & ubi honestas & ratio poscebat, alium in sensum translatæ, ab ERICO ERICI PONTOPPIDANO Episcopo Nidros. in Norvegia, prodierunt Soræ 1643. apud H. Crusium. pag. 116. in 12mo.

P. Ovidii Nasonis tristium libri V, cum notis Minellii & indice publicati sunt Havniæ 1735. apud Viduam Hieronymi Pauli, pag. 172; & 1740. in 8vo.

Ovidii Metamorphoseω libri XV, Joh. Minellii notis adornati, publicati sunt Havniæ 1736. in 8vo.

Ejusdem Epistolarum Heroidum liber, etiam cum notis Minellii, publici juris factus est, Havniæ 1745. in 8vo.

P. Ovidii Nasonis Epistolæ ex Ponto in usum scholarum editæ a NICOL. ELERT, nunc Profess. extraordinario & Bibliothecario Universitatis Havniensis, cum notis & indice rerum memorabilium, Havn. 1776. pag. 166. in 8vo.

Eidem

Eidem autori etiam debemus *Ovidii* Metamorphoses*ων* libr. XV, notis illustratos, qui pariter in usum schol. editi sunt Havniæ 1781. pag. 551. in 8vo.

✦ ✦ ✦

P. Ovidii Nasonis Heroum & Heroidum epistolæ, danico metro vestitæ, publicatæ sunt Havniæ 1703. apud Joach. Schmetgen, pag. 240. in 4to.

P. *Ovidii* Tristium libros in Danicum ligatum sermonem versos publicam lucem adspicere fivit CHRISTIANUS FALSTER, Scholæ Ripensis Rector, Havniæ 1719 & 1726. Quorum libri 1mi Elegia 2da, debetur CHRISTIANO REITZER Diœceseos Aalburgensis Supremo Præfecto; quod ipse testatur Falsterus in præfatione sua.

Tristium *Ovidianorum* libri IV Elegiam VI & IX. danicas fecit & notis illustravit THOMAS CLITOVIUS, Notarius publicus Bergis Norvegorum, quæ reperiuntur in ejusdem Carminibus, danice „poetiske Tidsfordriv

 appel-

appellatis, quæ prodiere Havniæ 1738. in 4to a pag. 173-177.

Ovidii Amorum Ecloga VIII, danice reddita, prodibat fine nom autoris, loci, & anni.

Ovidii Nafonis epiftolas ex Ponto, in vernaculam ligatam traduxit, & notas fubjunxit JOH. FRID. WEDEL, poffeffor aliquandiu prædii cujusdam in Jutia, Havniæ 1749. pag. 144. in 8vo.

Ejusdem Metamorphofeon libros II. priores annotationibus ornatos Danico fermone expofuit ESAIAS FLEISCHER, Præfectus præfectur. Crufiforæ & Antvorfkov in Sællandia, nec non Regi a confiliis Conferentiarum, Havniæ 1752. pag. 168. in 8vo.

In *Ovidii* Metamorphofe*ωv* lib. I. Verf. 562-63, differtationem philologico-criticam compofuit SEVERINUS PETRUS KLEIST in Coll. Walk. Havniæ 1757. p. 15. in 4to.

Libros V. priores *Ovidii* Metamorphofeos, metro danico publici juris fecit NICOL. KROG

KROG BREDAL, Director scenæ publicæ Havniensis; Havniæ. 1758. in 8vo.

Saphonis epistola ad Phaonem f. epistola Heroidum *Ovidii* XV ligato sermone danico donata est ab *Anonymo*, sub litteria J** o. CHRIST. FRID. JACOBI, Regi a Consiliis Conferentiarum. Vide libri danice dicti „Forsøg i de skiønne Videnskaber af et patriotiskt Selskab" Vol IV. partem 8. a p. 249-266. edit. Havniæ 1770.

Versionem Danicam Epistolæ Phyllidos ad Demorphonem, f. Epistolæ II. Heroidum *Ovidii*, cum textu latino collaterali & notis, exhibuit L. SAHL. P. l. g.; Quæ reperitur præfixa parti 1mæ commentariorum doctorum pro Ao. 1773.

In ejusdem libri parte 2da, reperitur Heroidum *Ovidii* epistola III, f. Briseidos ad Achillem epistola, danice reddita.

P. Ovidii Nasonis Metamorphoseos in Danicam linguam ligatam conversæ cum textu collaterali latino partem 1mam complect. libros

bros IV, edidit L. SAHL. Havniæ 1775. p. 179. in 4to. Hujus libros II. priores jam antea illustraverat memoratus autor in Programmatibus schol. pro Annis 1771 & 1772.

Annotationes ad Versionem *Ovidii* Danicam eodem autore inserta sunt commentariis doctis pro Ao. 1776.

Ovidii Heroidum epistolam III & IV. f. epistolam Leandri ad Heronem, & Heronis ad Leandrum responsum, metro danico datas a CHRIST. PRAM, reperies in libri vocati Forsøg i de skionne Videnskaber, Vol. VII. parte XIV a pag. 150-170. quæ edita est Havniæ 1783. in 8vo.

P. SYRUS.

Mimos f. Sententias lepidas *Publii* a patria *Syri* appellati, in Danicum sermonem transtulit PETRUS FRID. SUHM C. R. M. D. atque edidit una cum Pythagoræ versibus aureis, & Phædri fabulis. Havniæ 1750.

in

in 8vo. Hasce sententias reperies in libro memorato a pag. 174-226.

M. VITRUVIUS POLLIO.

Observationes ad loca quædam *Vitruvii* de Architectura fecit MARCUS MEIBOMIUS aliquamdiu Prof. Acad. Soranæ; postea vero Præfectus Vectigalis Öresundici; Quas vide in editione Vitruvii per Joh. Lætum procurata, quæ prodibat Amstelodami 1649. in fol.

Caput

Caput Secundum.

de

Scriptoribus Argenteæ Ætatis.

VELLEJUS PATERCULUS.

Velleji Paterculi opera ex recensione Joh. Lipsii, prodibant Havniæ 1663. typis Weringii, pag. 362.

Loca varia *Velleji Paterculi*, scilicet libri 2di Cap. 69. Commatos VIti verba *„Casfius Rhodum rem immanis operis &c.* ejusdem libri Cap. 70. Com. III. *Casfius extentam cervicem* &c. & deniqve in libro eodem Cap. 80. Com. IV.“ *Dissimilimam vitæ &c.* illustravit & emendavit JOH. GOTTSCHALCK Rector Scholæ Aalburgensis, in programmate scho-

scholastico philologico, quod prodibat Aalburgi 1770. pag. 8. in 4to.

Velleji Paterculi loca X alia scilicet libri II. Cap. 66. Com. 2; ejusd. libri Cap. 69. C. 3; Ejusd. lib. Cap. 92; Ejusd. libri, Cap. 103. Com. 4.; Ej. libri Cap. 110; Com. 2; Cap. 111. Com. 4; Cap. 113. Comma 2 & 3tium; & denique ejusdem libri Cap. 114. Com. 3 & 4tum, proposuit idem autor in programmate scholastico edito, Aalburgi 1772, pag. 8. in 4to.

Supplementum quoddam ad *Vellejum. Paterculum*, sub hoc titulo „Imperii Romani ortus & progressus a condita urbe ad bellum Macedonicum 2dum finitum," editum est a PETRO JACOBI BRINCH, Past. parochiæ Arendal in Norvegia. Havniæ 1697. in 12mo.

PHÆDRUS TRAX.

Phædri Fabulæ, a Joh. Freinshemio emendatione textus, historiis, notis & indice illu-

illustratas, depromsit e bibliotheca Freinshemiana HENRICUS HOLSTIUS *), & dedicatas Friderico ab Alefeld, edidit Argentorati 1664. pag. 364. in 8vo.

Prodromus ad annotationes *Phædri* fabularum editus est a FRIDERICO CHRISTIANO SCHÖNAU, Havniæ 1749.

Phædri fabularum Æsopicarum libros V. annotationibus philologicis danicis instructos divulgavit FRIDERICUS CHRISTIANUS SCHÖNAU, Havniæ 1750. pag. 264. in 12mo.

Phædri fabulas notis Danicis ornatas publicavit Anonymus quidam, sub nomine PHILOMUSI; ɔ: (NICOL. JONGE, Pastor. Parochiæ Allerslöv in Sællandia) Havn. 1756. pag. 184. in 8vo.

In

*) Qui viduam Freinshemii duxit uxorem, & tali modo possessor est factus variorum Freinshemii manuscriptorum, hæc tamen edere, munere in Norvegia publico fungentem mors præmatura impedivit.

In *Phædri* fabulas LXXIII faciliores Vocabularium Latino-Danicum composuit GEORGIUS JOH. CRONBERG, Collega 5tæ Classis Scholæ Helsingoranæ, quod edidit Havniæ 1756. in 8vo.

Fabulam *Phædri* lib. 1. quintam, cum duabus græcis similis argumenti comparatam publico exhibuit JACOB. BADEN, Prof. Eloquent. Havniæ 1773.

Cui autori, etiam debemus *Phædri* fabularum Æsopicarum libros V, notis philologicis latinis in usum scholarum illustratos; qui prodierunt Havniæ 1777. pag. 252. in 8vo.

Prolegomena deniqve in *Phædrum*, disputatione quadam in Colleg. Walkendorf. habita, proposuit JANUS LEMVIGH, respondente Marco Wolquartz. Havniæ 1778. pag. 14. in 8vo.

Phædri

Phædri Fabulas quam plurimas, metris danicis ornatas, autore CHRISTIANO STAHL, reperies in novis litterariis Wielandianis.

Versionem in *Phædri* fabulas concinnavit PETRUS FRIDERICUS SUHM, Cons. Reg. Maj. Dan., quæ prodibat Havniæ 1750. in 8vo, una cum versibus Pythagoræ aureis & P. Syri sententiis; hæc versio incipit a pag. 227, & pergit ad finem libri.

Translationem Fabularum *Phædri* danicis versibus confecit THEOCARUS REENBERG, Judex provincialis, & Regi a Consiliis Justitiæ; Quam si intueri velis, evolvas Operum ejus poeticorum Vol. II. a pag. 178-414, quæ edi curavit nepos ejus a filia *Theocarus Reenberg Teilmann*, Havniæ 1769. in 8vo.

Varias fabulas *Phædri* scilicet libri I. fab. I, II, & XXVI, & libri II. fab. II, in Danicum sermonem transtulit JANUS HVASS e gallico libro Cours de belles lettres, quem auctum danice edidit Havniæ 1773. in 8vo; ubi

ubi illas invenies in parte 1ma, a pagin. 323-345.

Phædri fabularum libros V danice vertit JOH. GRUNTVIG, Pastor Parochiar. Udbye & Örslov in Siællandia. Havniæ 1785. pag. 82. in 8vo.

Verfionem deniqve Danicam *Phædri* fabularum publice exhibuit LEHNERT, Havniæ 1785. pag. 120. in 8vo.

A. CORNELIUS CELSUS.

A. C. Celfi VIII de medicina libros illustrare, emendare, atqve fupplere fuscepit JOHANNES RHODIUS, Doctor & Profeffor Medicinæ, eum vero ab hoc opere perficiendo impedivit mors præmatura. Opus igitur illud, quod imperfectum reliquerat, plenius pertexere incepit THOMAS BARTHOLINUS, cujus in manus varia Joh. Rhodii manufcripta venerant. Quod etiam pertexuiffet, libris V jam prelo pararis, ni triftius fatum Celfi libros exfpectaffet. Manufcripta

enim

enim omnia, quæ ad hunc pertinebant scriptorem, plane peribant in incendio Bibliothecæ Bartholini, rei litterariæ pernoxio. Ex scriptis igitur JOH. RHODII ad Celsum pertinentibus, tantum unicus superest liber *de Acia* ad Celsi mentem, in quo pluribus Celsi locis lux effunditur. Hic liber duabus vicibus prodibat Patavii 1639, & Havniæ 1672. in 4to; cui editioni posteriori etiam accessit libellus de ponderibus & mensuris medicis, *Celsi* imprimis.

VALERIUS MAXIMUS.

Valerii Maximi libros dictorum factorumqve memorabilium ad duos Anglicanos codices manuscriptos recensuit JOH. ISAICUS PONTANUS; qui prodiere repetita vice in forma minori Amstelodami apud Danielem Elzevirium 1632 & 1671.

Valerii Maximi Opera cum notis Joh. Minellii, bis excusa sunt Havniæ 1703 & 1744. in 8vo.

POM-

POMPONIUS MELA.

Pomponium Melam, nemo (quoad fcio) Danorum expofuit. Tantum loca nonnulla illius Cosmographiæ f. libror. III. de orbis fitu, exponuntur in fcriptis focietatis bonis artibus promovendis deditæ, in tractatu quodam de illa notitia, quam habuerunt Romani Græcique de regionibus Septentrionalibus, autore GERHARDO SCHÖNING, Prof. eloquentiæ in Acad. Sorana nec non Regi a Confiliis Juftitiæ: hic tractatus reperitur in Vol. IX. fcript. citat. Havniæ 1765. edito, a pag. 191-213.

SENECÆ.

M. ANNÆI SENECÆ patris, quem etiam Rhetorem vocant, Svaforiarum & Controverfiarum libri, cum quibusdam ejus declamationum excerptis, ab Andrea Scotto caftigati, prodierunt cum notis JOH. ISACII PONTANI & Joh. Lipfii. Amftelodami 1619. in 8vo.

LUCII ANNÆI SENECÆ filii, quem etiam philoſophum vocant, ſententioſe dicta ex ejus libris excerpta, ſtudio & opera CHRISTOPHORI GEORGII DYBVADII, Doct. Medicinæ & Canonici Lundenſis, publicata ſunt Havniæ 1597. impenſis Henrici Waldkirch pag. 160. in 8vo; Quibus accedunt flores ex Senecæ tragoediis collecti; quos ſuo loco vide.

Notæ ad *L. A. Senecae* opera, a JOH. ISACIO PONTANO concinnatæ, deprehenduntur in illa Operum Senecæ editione, quæ e duobus voluminibus conſtans evulgata eſt Amſtelodami & Lugduni Batavorum 1619 in 8vo.

Seneca de ira libros III ad fratrem Novatum, ad emendatiſſimos codices manuſcriptos & impreſſos recenſuit, variantibus lectionibus, & diſſertationibus V, ac indice adornavit H. ERNSTIUS. Soræ 1652. pag. 256. in 12mo.

Theologiam *Senecae* naturalis contemplativam, ex Seneca ſcriptis in locos communes dige-

digestam, autore JOH. SVANINGIO Juniore, Past. paroch. Bedser & Onsberg, & Præposito Samsoæ, præfatione sua ornatam edidit SEVERINUS LINTRUPIUS, Confessionarius Regius & Professor Theologiæ extraord. Havniæ 1710. pag. 100. in 4to.

De consiliis tranquillitati Animæ imperandæ inservituris, à *Seneca* commendatis, (in libro de tranquillitate animæ ad præfectum Vigilum Neronis Annæum Serenum) disputationem quandam in Collegio Walkendorf. habuit ALBERTUS CRISTOPH. HOLST, postea Rector Wordingburgensis in Sællandia, Resp. Ludovico Mossin. Havniæ 1739. pag. 16. in 4to.



Versionem Danicam in *A. Annaei Senecae* philosophi opera omnia concinnavit matrona nobilissima BIRGITTA THOTT, atque edi curavit. Soræ 1658. apud Joh. Hanschium. pag. 881. in folio.

L. A. Senecae librum de clementia principum, Neroni Cæsari nuncupatum, in Vernaculam reddidit, ac Regi Friderico Vto, sub hoc titulo danico: „Et Kongeligt Portrait, trant af en Keyserlig Hoftiener i Rom.“ die unctionis consecravit FRIDERICUS CHRIST. EILSCHOV, Mag. Philosophiæ. Havniæ 1747. p. 44. in 4to.

Libris memoratis forsan quoque addi potest „Seneca prudens f. piæ ac probæ vitæ norma“ desumta ex epistolis Senecæ & in linguam Danicam versa a PETRO BRUUN. Havniæ 1741. pag. 117. in 12mo.

LUCII ANNÆI, vel ut ab aliis vocatur, MARCI ANNÆI SENECÆ Tragoedias, veluti & Senecarum jam commemoratorum scriptis, censuras addidit JOH. ISACCUS PONTANUS, in Analectis suis ad varios autores, quæ prodierunt Rostochii 1599. in 4to.

Annotationes in Tragoedias ejusdem, eodem autore, deprehenduntur in illa editione Operum *Senecae*, quæ facta est ex Mu-

feo P. Scriverii, Lugduni Batavorum 1621. in 8vo.

Flores ex *Senecae* tragoediis collecti, reperiuntur in *Senecae* fententiose dictis a DYRVADIO concinnatis, a p. 160. ad finem libri.

Cui, judicium de tragoedia *Senecae* Oedipo, ejusdemqve cum Sophoclis fimili nomine comparationem intueri hbuerit, evolvat libri Cours de belles lettres danice facti part. II, a pag. 277-279.

De caufis neglectae a Romanis Tragoediae, difputationem pro fummis in Philofophia honoribus in Univerfitate Georgia Augufta concinnavit atqve defendit TORKILLUS BADEN, Theologiae & Philologiae Candidatus. Goettingae 1789. pag. 80. in 8vo.

A. PERSIUS FLACCUS.

A. Perfii Satyrarum I, II, III, V & VI, notis atqve obfervationibus latinis illuftravit HENRICUS ERNSTIUS, quae reperiuntur in

in Variarum ejus obſervationum libro 1mo. pag. 34-55.

Duas qvoqve in *Perſium* excercitationes publicavit JANUS MUNDELSTRUP.

✦ ✦ ✦

Satyras *Perſii* VI danice convertere quidem pollicitus eſt FRID. CHR. SCHÖNAU, ex his vero tantum prima notis mythologicis, antiquariis, philoſophicis & moralibus illuſtrata, ſermone vernaculo ligato lucem publicam vidit, Havniæ (1746.) pag. 56. in 4to.

Partem Satyræ *Perſii Flacci*, a Verſu 15-44. & Satyræ Vtæ a Verſu 73-155. converſam videbit ille, qui adierit partem III libri Cours de belles lettres danicè redditi a JAN. HVASS. a pag. 115-122.

Prologus *A. Perſii* verſibus Danicis mandatus, reperietur in Bibliothecæ Danicæ Vol. IV. parte 12. pag. 319-320. pro Ao. 1778.

Nuperam deniqve Verſionem ligatam *A. Perſii* Satyræ II, exhibuit FRIDERICUS PLUM,

PLUM, Paftor carceris publici, Havniæ 1790. in 8vo.

Vide duas Juvenalis & Perfii Satyras de votis hominum, Danice a Frid, Plum converfas, a pag. 91.

C. PLINIUS SECUNDUS.

Librum IIdum Hiftoriæ Plinii naturalis, edidit GEORGIUS CHRISTOPHORI DYBVADIUS, Doctor & Profeffor Theologiæ, Havniæ 1571.

Plinii locus reftituitur, & Muretus in errore deprehenditur in HENRICI ERNSTII variarum obfervationum libr, II, p. 106-107.

Plinii Hift. natural. loca nonnulla expofita inveniuntur in tractatu illo de notitia Græcorum & Romanorum de regionibus feptentrionalibus, quem intulit GERH. SCHØNING, Volumini IX, fcriptor. Societatis bonis artibus promovendis deditæ a. p. 214-251.

C. JULIUS SOLINUS.

Solini Polyhiſtoris loca nonnulla afferuntur atqve enodantur in Volumine IX Scriptorum ſociet. bon. artib. promov. deditæ a pag. 251-260.

M. FABIUS QUINTILIANUS.

Sententias ex *Quintiliano* deſumtas evulgavit M. STEPHANUS JOH STEPHANIUS Hiſtoriograph. & Profeſſ. hiſt. in Academia Soræna. Soræ 1641. in 12mo.

Quintiliani Inſtitutionum libros X, commentariis illuſtratos, publicavit GEORGIUS HILARIUS, Rect. ſcholæ Havnienſis atqve Profeſſor literarum humaniorum, Havniæ 1668. in 8vo.

Quintiliani Inſtitutionum libros X-XII, in uſum ſcholarum notis Gesneri illuſtratos edi curavit ABRAH. KALL, Profeſſor Hiſtoriæ & Geographiæ in Academiæ Havnienſi. Havniæ 1775. in 8vo.

Quin-

Quintiliani libros X-XII. danice reddidit L. SAHL, Prof. linguæ græcæ. Havniæ 1776.

Ejusdem libros X-XII. in danicam linguam convertit *Anonymus* sine loco & Anno.

Quintiliani librum X danice redditum, atque annotationibus illustratum, edidit JACOB. BADEN, Professor eloquentiæ. Havniæ 1776. pag. 240. in 8vo.

Idem liber prodibat opera PETRI SCHOUBOE, Collegæ scholæ Havniensis, eadem loci anni & formæ nota.

Eundem librum danico sermone transtulit JOHAN. GEORGIUS GOTTSCHALCK, Pastor. hospitii publici Othiniensis & Parochiæ Paarup. Havniæ 1776. in 8vo.

Eundem librum Danicum queque fecit, & publicavit ISACUS SEVERINUS FRIMAN nunc Pastor Parochiæ Kielvig in Norvegia, Havniæ 1777. pag. 112. in 8vo.

Librum

Librum XI. Institutionum *Quintiliani* danice factum, evulgavit JAC. BADEN. Havniæ 1777. pag. 118. in 8vo.

Liber XII ejusdem institutionum danice versus ab ISACO SEVERINO FRIMAN apparuit Havniæ 1779. pag. 99. in 8vo.

Quintiliani Institutionum liber X germanice à JOACHIMO GOTTSCHE Comite de MOLTKE translatus, curante Joh. Henricho Schlegelio, prodibat Havniæ 1777. pag. 92. in 8vo.

Q. CURTIUS RUFUS.

Quintus Curtius Rufus de rebus Alexandri Magni, cura JOH. ISACII PONTANI prodibat Amstelodami 1628. apud Joh. Jansonium. in 12mo.

Quænam *Joh Isaci Pontani* sententia fuerit de Curtio, quem ille putat quædam mutuatum esse ex Tacito, & ex Ariano plerasque traduxisse, videri potest in pagin. 108. 166.

166. 229. 258. sequ. Sylloges epistolarum, ab Antonio Matthæo, Pontani nepote editæ, Lugd. Batav. 1708. in 8vo.

Orationes ex *Curtio* collectas invenies in libro, cui titulus „ Conciones & orationes excerptæ ex historicis latinis " qui, autore *Anonymo*, prodibat Soræ 1654. ac Havniæ 1642 & 1678.

Loccenii index philologicus in *Curtium* prodibat Havniæ 1680. ex bibliopolio Paulino pag. 34. in 16mo.

Indicem in *Curtium* Latino-Danicum, aptam imitationi methodum Curtianæ dictionis cultoribus proponentem, posteris tradidit PETRUS PALUDAN, eo tempore scholæ Viburgensis collega, postea vero Pastor Parochiæ Rörbye in Siællandia; hic liber publicatus est Hafniæ 1710. in 8vo.

Emendationes in quædam loca difficiliora *Curtii* disputatione contentas, in Colleg. Walkend. proposuit PETRUS HOSTRUP, postea Magister Philologiæ & Collega Scholæ O-thi-

thiniensis, Resp. Petro Ancherseu; Hafniæ 1745. pag. 32. in 4to.



Quintum Curtium cum supplemento Freinshemii de rebus gestis Darii & Alexandri, in Danicum sermonem transtulit Mag. MAGNUS WINGAARD. Cujus tamen tantum prima pars, V priores libros continens, lucem publicam vidit. Havniæ 1704. pag. 500. in 8vo.

Librum III *Quinti Curtii Rufi* Danicum fecit atqve edidit JOHN SCHEVING, eo tempore discipulus 5tæ classis scholæ Havn. Havniæ 1764. pag. 80. in 8vo.

DECIMUS JUNIUS JUVENALIS.

*) Satyram *Juvenalis* XIV, honestissimam, utilissimam, jucundissimam, cum interpretatione, annotatiunculis & versione danica ligata, latine edidit CHRISTIANUS FAL-STER

*) Totum Juvenalem a Falstero esse editum 1731. testatur Cl Fabricius in bibliothecæ suæ Latinæ per Ernestum auctæ Vol. II. pag. 364. Hic vero liber nunquam lucem publicam vidit.

STER, Rector scholæ Ripens., Havniæ 1731. pag. 49 in 4to.

Juvenalis VIII-X & XIV Satyræ sine notis cum textu mero latino per Anonymum prodiere sine loco (Havniæ) & Anno (1788 & 1789) in 8vo.

Pauca quædam, ad *Juvenalem* & ipsius Satyram ultimam præsertim pertinentia, in Collegio Medico ventilanda exhibuit JANUS LAASBYE ROTTBÖLL, Candidat. Juris & Vice-Decanus in Communitate Regia. Havniæ 1789. pag. 23. in 8vo.

Dissertationis particulam I. de philosophia *Juvenalis* ex Satyra X, cum Epicteti Enchiridio collata, exhibuit atque in Collegio Medico defendit JANUS FELDMAN, Resp. Gothardo Fuursman. Havniæ 1733. in 4to.

* * *

Juvenalis Satyra VIII danicis reddita rhytmis, nullo autore, evulgata est Havniæ 1738. in 4to.

Satyra ejusdem XIII. danico sermone ligato, habens autorem ANDREAM BENJAM. POULSEN, Pastor. ecclesiæ arcis Friderico-bur-

burgiæ, prodibat Havniæ 1753. pag. 30. in 4to.

Ejusdem Satyra X ex more Falsteri, Danico sermone eoque ligato edita est per JACOBUM LUND, Præpositum & Pastorem Parochiæ Stege in Insula Moenia, Havniæ 1754. pag. 40. in 4to.

Variæ partes Satyrarum *Juvenalis* difficiliores & elegantiores scilicet Satyræ I. Vers. 1-6. 15-18; 73-77. & 147-150. Satyræ II. Vers. 1-8; 149-158. Satyræ IV. Vers. 1-9; 11-15; 25-31; 34-40; 65-92; 107-113; 123-136; 144 ad finem. Satyræ VIæ Vers. 56-74. reperiuntur una cum textu latino, danice traductæ in libro sæpius citato „ Cours de belles lettres danice per JAN. HVASS conversio, in parte 3. a p. 123-140.

Nuperam Versionem ligatam *Juvenalis* Satyræ X, cum notis, debemus FRIDERICO PLUM. Havniæ 1790. pag. 90. in 8vo.

S. JULIUS FRONTINUS.

Julii Frontini Stratagematikωn libros IV in Danicum sermonem conversos edidit PETRUS

TRUS FRIDERICUS SUHM C. R. Havniæ fine anni nota (1749.) pag. 144. in 4to.

M. VALERIUS MARTIALIS.

M. Valer. Martialem notis illustravit JOH. ISACIUS PONTANUS, quæ reperiuntur in illa editione Operum *Martialis*, quæ ex recognitione Petri Scriverii prodibat Lugd. Batavorum 1619. atque iterum Amstelodami 1650. in 12mo.

Corrupta antiquitatum Hebraicarum vestigia apud *Tacitum* & Martialem IV disputationibus philologico - criticis proposita, autore CHRIST. WORM, VILHELMI filio, eo tempore Profess. Philos. ordin. & Theologiæ design,. postea Episc. Siæll. prodiere Havniæ 1692-1694. pag. 406. in 4to.

Martialis nonnulla Epigrammata in Danicam linguam rhytmice convertebat M. LAURENT. THURA, Episcopus Ripensis; Quæ reperiuntur in hujus miscellaneis poeticis editis Havniæ 1721. in 4to.

Varia Epigrammata *Martialis*, inter quæ Libri III. Epigr. 25. & lib. V. Epigramma

77. liberius metris Danicis conversa inveniuntur in Bibliotheca Danica pro Ao. 1778. Vol. III. parte 8. pag. 43.

C. CORNELIUS TACITUS.

Apophtegmatum Ethicorum politicorumqve ex *C. Cornelii Taciti* operibus, quæ exstant, eclogæ, autore ISACO GRONBECCIO, postea Episcopo Nidros. prodierunt Franekeræ 1593. apud Ægidium Radeum. pag. 71. in 12mo.

Cornelius Tacitus integritati suæ restitutus per JOH. ISACIUM PONTANUM editus est Amstelodami 1629. in 12mo.

Princeps ex *Tacito* deformatus per ABRAHAMUM GÖLNITZ, Secretarium Regis Christiani IV prodibat Amstelodami & Lugduni Batavor. 1636. & Gedani 1640. in 12mo.

Exercitationes politico-philologicas XXV in *Tacitum* de moribus Germanorum edidit GABRIEL ACHELEYE, præfectus summus Cohortis cujusdam militum in Scania. Soræ 1646. apud Krusium in 8vo.

Pro-

Prolusiones in *Tacitum* disputatione quadam contentis, edidit NIC. AAGARDUS v. AGARDUS Prof. eloquentiæ in Acad. Soranus Resp. Ottone Schecl. Soræ 1650. pag. 40. in 4to.

Antiquitatum Hebraicarum corrupte vestigia apud *Tacitum* & Martialem dissertationibus IV philologico-criticis comprehensa exhibuit CHRISTIANUS WORM. Havniæ 1692-1694. in 4to.

Farrago Arctoa s. cogitationes de *Taciti* Tanfana (lib. I. Annal. Cap. 51.) & Starlæi Tanfe aliisque rebus Danicis, edita est per Mag. PETRUM WINSLÖV Præpositum ac Pastorem Præstnanum in Siællandia, Havniæ 1704. in 8vo.

De scientia fideqve *Taciti* Geographica & historica in Germania disputationem quandam conscripsit JOH. PETRUS ANCHERSEN, quam ventilandam, respondente Joh. P. Lange, exhibuit Havniæ 1748. pag. 26. in 4to.

Dissertationem qvoqve de tributo Coriorum Norvegico e *Taciti* Annal. lib. IV. cap.

22. compoſuit *memoratus Autor*, quam defendent. Baccalaureis propoſuit, Havn. 1748. in 4to.

Judicium de *Tacito*, in linguam vernaculam verſo, diſputationis loco in Coll. Mediceo prorulit SEV. MONRAD, reſpond. Wezels. Havniæ 1774. pag. 38.

* * *

Taciti de moribus Germanorum loca nonnulla dilucidantur in Vol. IX. Scriptorum Soc. Havn. bon. artib. promov. ded. a pag. 260-280.

Taciti Agricolam ſ. Panegyricum hiſtoricum in Cn. Julium Agricolam, danico ſermone verſum, ac notis criticis illuſtratum publicavit JAC. BADEN. Havniæ 1766. pag. 76. in 8vo.

Caji C. Taciti annales in Danicum ſermonem convertit JAC. BADEN, Prof. eloqu. atqve ona cum notis, indice duplici & tractatu quodam de Tacito per Abb. de la Bletterie danice e gallico traducto, edidit Havniæ 1773. & 1774. Vol. II. pag. 943. in 8vo.

PLI-

PLINIUS JUNIOR.

Comparationem inter dicendi genus *Plinii* & Ciceronis exhibuit ERASMUS MÖLLER. Havniæ 1790. in 8vo.

Plinii Cæcilii Secundi Junioris Panegyricum in Trajanum, in vernaculam reddidit M. PETRUS BRINCH Jacobi fil. Pastor Arendal. in Norvegia, atqve publicavit Havniæ 1704. apud Joh. Jacob. Bornheinrich; pag. 236. in 8vo.

Plinii Secundi epistolarum libros IV priores in vernaculum fermonem convertit THOM. SCHMIDT, & præfatione Ancherfenii instructos edidit Havniæ 1754. p. 232. in 8vo.

Plinii Panegyricum Danicum factum publico exhibuit OVENIUS GULDBERG, eo tempore Prof. eloqu. & hist. in Acad. Soranæ, nunc Sum. Dioecef. Aarhus. Præf. & Equ. ord. Dannebrog. Soræ 1763. in 8vo. pag. 206.

L. ANNÆUS FLORUS.

Oratio JOH. ISAC. PONTANI Isagogica, f. introductio ad *Flori* historias Romanas, habita in Audit. Gymnasii Hardervicensis prodibat 1596. in 16mo. p. 18. & in 8vo. pag. 39.

Notas & Observationes Politicas ad *Flori* Epitomes de rebus gestis Romanorum lib. I. edidit JOH. IS. PONTANUS. Amstelodami 1636.

Flori omnes libri cum notis JOH. IS. PONTANI, & variantib. Freinshemii, prodiere Amstelodami 1628, 1635 & 1650. in 12mo. In hoc seculo etiam idem liber eorund. not. & variantib. prodibat Amstelod. 1736. in 12.

Florus notis Minellii instructus, evulgatus est sine nomine editoris Havniæ 1700. in 8vo.

✦ ✦ ✦ ✦

*) Danicam Versionem *Flori* confecit

*) Hanc iterum Havniæ 1708 esse editam asserit Clariss. Fabricius, in Bibliotheca sua Lat. per Ernestium aucta. part. II. pag 448.

MAGNUS WINGAARD; quæ prodibat Havniæ 1699. in 12mo pag. 346.

C. SVETONIUS TRANQUILLUS.

C. Svetonii Tranquilli Vitæ XII imperatorum, autore JOH. ISACIO PONTANO, prodiere in 12mo.

Svetonii loca nonnulla in Vita C. Julii Cæsaris brevi commentario explicata edidit M. BARTHOLDUS BARTHOLIN Junior, Eloquentiæ in Acad. Havniensi Professor. Havniæ 1665. in 4to.

Versionis *Svetonii* Danicæ particulas quasdam difficiliores & selectas illustravit atqve defendit THOMAS SCHMIDT in Coll. Walk. Respond. Erasmo Edsberg, Havniæ 1751. pag. 16. in 4to.

✦ ✦ ✦

Svetonium danice versum edidit THOMAS SCHMIDT. Hafniæ 1750 & 1751. apud Georg. Glasing. II Vol. pag. 738. in 8vo.

Ger-

*) Germanice, *Suetonium* in carcere vertit PHILOMUSUS ɔ: illustriss. HENRIC. DETLEV Comes de HOLK, & Friderico IIItio inscripsit. Havniæ 1664. pag. 652. in 8vo.

SCRIBONIUS LARGUS.

Scribonium notis & Lexico ornatum publicavit JOHAN. RHODIUS; Patavii 1655. in 4to.

DICTYS CRETENSIS.

In editione hujus autoris, Argentorati 1691. in 8vo. una cum Darete Phrygio facta, reperiuntur præter aliorum etiam Notæ PAULI WINDINGII Consiliarii Status & græcæ linguæ in Acad. Havniensi Professoris.

*) Hunc librum etiam Danice redditum fuisse eodem autore indicat Cl. Fabric. in bibl. sua lat. per Ernest. aucta p. II. pag. 462. Qua in re erravit vir ille præstantissimus.

Caput Tertium.

de

Scriptoribus Æneæ ac Ferreæ Ætatis.

AULUS GELLIUS.

Vigiliam Primam Noctium Ripensium f. Specimen annotationum in *Gellium*, quo, liber hujus VIII deperditus ex intimis tenebris in lucem vocatur, præmissis prolegomenis, & specimine Lexici Gelliani & Indice triplici ad calcem adjectis concinnavit atque edidit CHRIST. FALSTERUS Scholæ Ripens. Rector. Hafniæ 1721. pag. 120. in 8vo.

Libellus commentarius ejusdem de vitæ & rebus *Auli Gellii* claudit Volumen II libri appellati „ Amoenitates Philologicæ, f. discur-

fus varii, " qui prodiit Amstelodami 1729. in 8vo.

Admonitiones ejusdem ad interpretes *Auli Gellii* reperiuntur in ejusdem libri Vol. III. a pag. 210. ad finem libri.

L. APULEJUS.

Censuræ ac annotationes ad *L. Apulejum* inveniuntur in Analectis JOH. ISAC. PONTANI sæpius commemoratis.

Notulæ JOH. ISAC. PONTANI reperiuntur in illa *Apuleji* editione, quæ, curante P. Scriverio, prodibat Lugd. Batavorum 1624. in 12mo.

Theologiam naturalem *L. Apuleji*, ex libello illius de mundo, in compendium redactam cum notis exhibuit CHRISTIANUS FALSTERUS, in cogitationum suarum philologicarum Cogit. VI. a p. 37-47. quæ prodibant Lipsiæ & Flensburgi 1719. in 8vo.

JUSTINUS.

Disputationem super *Justini* sententia de ignibus subterraneis ex verbis illius Lib. IV. Cap.

Cap. I. de Sicilia instituit NIC. AAGARDUS; quæ, defendentibus VIII Candidatis, ventilata est Soræ 1658. pag. 40. in 4to.

Justini historiæ Philippicæ cum notis variorum selectis in usum Scholarum editæ sunt a NIC. ELERT. Havniæ 1776 in 4to.

Programmata II super quibusdam *Justinianeis* locis edidit JOH. GOTTSCHALCH. Havniæ 1777 & 1778. in 4to.

ÆLIUS LAMPRIDIUS.

Exercitationem Ecclesiastico-Historicam ad locum *Lampridii* de Hadrianiis Christo ab Hadriano destinatis, defendit WENCESLAUS PETRI GALTHEN, postea eccles. Sneumensis Pastor in Dioecesi Ripensi, in Coll. Elersiano, Respondente Christ. Joh. Tegelmand. Hafniæ 1706. in 4to.

EUTROPIUS.

Eutropii Breviarium historiæ Romanæ per LAURENTIUM REINHARDI publici juris

juris factum est Havniæ 1738. pag. 166. in 8vo.

Eutropii Breviarium Historiæ Romanæ ab urbe condita ad Valentem Augustum, in usum schol. ad fidem optim. cod. recensuit ac edidit ABRAH. KALL Professor Historiæ & Geograph. Havniæ 1776 & 1780. pag. 140. in 8vo.

AMMIANUS MARCELINUS.

*) Examen Animadversionum M. Zuerii Boxhornii in *Ammianum Marcellinum* proposuit M. NICOLAUS AGARDUS in disputatione quadam edita Soræ 1654. pag. 52. in 4to.

Evolvat etiam lector curiosus, si lubet, H. ERNSTII Observationum Lib. I. Cap. IV, Cap. V & VI.

AR-

*) Hunc librum etiam editum fuisse Soræ 1640. memorat Cl. Fabricius in bibl. sua Latina per Ernest. aucta, p. III. p. 161.

ARNOBIUS AFER.

Animadversiones in *Arnobium Afrum* confecisse JOH. ISAC. PONTANUM, constat ex Boxhornii epistolis.

Notas in *Arnobium* concinnavit H. ERNSTIUS, atqve edidit Havniæ 1626. in 12mo.

L. COELIUS LACTANTIUS FIRMIANUS.

De Nido Phoenicis, ex carmine, quod plerique *Lactantio* tribuunt, dissertationem pro loco edidit NIC. AAGARD, 1647. in 4to.

Conspectum errorum *Lactantii* in Theologia dedit CHRIST. FALSTERUS in Amoenit. suis Philologicis Tom. III. pagin. 111-128.

Dissertationem de *Lactantio* edidit ERASMUS NYERUP. Mag. Philologiæ & Decanus Communit. Regiæ, Havniæ 1781. 8vo.

FLAVIUS VEGETIUS.

Vegetii artis veterinariæ libros IV, eum variis lectionibus & indice vocum & locutionum edere in animo habuit CASPARUS BARTHOLINUS, THOMÆ fil. tantum vero folium primum præfanda quædam continens, loco speciminis, typis excusum est Havniæ 1701. in 8vo.

Multa *Vegetii* de Mulomedicina loca inveniuntur castigata in notis JOH. RHODII ad Scribonium Largum, qui ejus cura prodibat Patavii 1655. in 4to.

AUREL. THEOD. MACROBIUS.

Aurelii Theodori Macrobii Opera JOH. ISAC. PONTANUS recensuit, & Saturnaliorum libris, ope Mss. auxit, ordinavit, & Castigationes sive notas adjecit, & A. Hwitfeldio dicavit. Lugduni Batavor. ex offic. Plantiniana apud F. Raphelingium, 1597. pag. 697. in 8vo.

Idem

*) Idem liber, eodem recensente, Christ. Frisio dicatus, cum notis Joh. Meursii prodibat Lugduni Batavorum 1628. apud Joh. Maire. pag. 768.

Eorundem notis Macrobii verbis subjectis, quæ in prioribus editionibus ad calcem voluminis erant rejectæ, instructa prodibant iterum Macrobii Opera, Oxoniæ, & denique Lugduni Batavorum. 1670. in 8vo.

M. VALERIUS PROBUS.

M. Valerius Probus de interpretandis Romanorum litteris, civiumqve Romanorum nominibus ac cognominibus ex MSstis auctus & emendatus ac notis illustratus, autore HENRICO ERNSTIO, prodiit Suræ 1647. in 4to.

SE-

*) In his additionibus Macrobii præter Joh. Is. Pontani Notas, & Meursii castigationes, inveniuntur quoqve index auctorum a Macrobio allegatorum, & liber Macrobii de differentiis & societatibus græci & latini verbi, s. excerpta e libro Macrobii ejusdem argumenti e Codice Pithoeano desumta, cujus autorem fuisse Joh. Erigenam s. Scotum, Caroli Calvi temporibus florentem, suspicantur nonnulli.

SEVERIN. MAN. BOETIUS.

S. M. Boetii libri V. de consolatione Philosophiæ danice translati, autore PETRO BERING GIÖRUP, Pastore in Laalandia, prodiere Havniæ 1756. pag. 244. in 8vo.

AURELIUS AUGUSTINUS.

Aurelii Augustini librum de consideratione Christi, & animæ cum Deo soliloqviis in lingvam Danicam transtulit JOH. OLUFSEN. Havniæ 1681. in 12mo.

Errata,

Pag. 37.	lin. 7.	Supremæ	pro	Suprimæ
— 41.	— 8.	Procurata	—	Procura
— 48.	— 6.	Locis	—	Lolis
— -	— 14.	Isacius	—	Isaicus
— 52.	— 18.	Isacius	—	Isaccus
— 55.	— 3.	Linea est jungenda cum 2.		

